Incipit poſtilla ſup pſalterium reueren-
diſſimi patris ⁊ dñi: dñi Hugonis cardi-
nalis ſancte ſabine ac theutonie legati vtri
uſ⁊ teſtamēti primi poſtillatoꝛis fecundiſ-
ſimi necnon ſacre theologie doctoꝛis pro-
fundiſſimi oꝛdiniſ⁊ predicatoꝝ.

Egredimini fi
lie ſyon ⁊ videte regem ſa-
lomonē in dyademate quo
coꝛonauit euꝫ mater ſua in
die deſponſationis illius: ⁊
in die leticie coꝛdis eius.
Uerbum eſt Salomonis fi
lij dauid in Canti.iij. ⁊ diri
git ad omnes clericos ma-
gis ad theologos: maxime
ad religioſos. Ipſi enim di
cunt̄ filie ſyon ob amoꝛis priuilegium ⁊ cōtemplationis
faſtigium. Etenī nō filij: ſed filie dicunt̄ genere feminino
nō ꝓpter ſexus infirmitatē: ſed ꝓpter ꝓlis fecunditatem
quam debēt habere in doctrina vera: in opatione bona:
in cōuerſatōne ſancta. debēt nihilominus inſiſtere ſpecu
lationi. ſic em̄ interptat̄: ſyon.i. ſpeculatio ꝗ in tribus cō
ſiſtit. ſ. in laboꝛe inquiſitōis. in deuotōe oꝛōnis. in ſilentio
cōtemplatōis. In primo querit̄ ſpōſus. In ſcdo rogat̄.
In tercio tenet̄ inuētus. In primo loquit̄ ſpōſus ſpōſe.
In ſcdo ſponſa ſpōſo. In tercio dant̄ oſcula ⁊ iungunt̄
amplexus: ſicut dicit̄ Cañ.iij. Paululū cum ptranſiſſem
inueni quē diligit anima mea: tenui eum nec dimittam.
Sed q2 ſponſus adhuc ſtat poſt parietem reſpiciēs p fe-
neſtras: ꝓſpiciens p cancellos: anteq̄ oſcula dent̄ vel in̄
gant̄ amplexus: neceſſe eſt egredi: qꝺ attēdens filius da
uid exclamat ⁊ dicit. Egredimini filie ſyon ⁊ egredimini
ſapienter. Eſt em̄ egreſſus malus: ⁊ eſt egreſſus bonus.
Egreſſus malus tripartitus eſt.i. de veris ad erronea: de
pmanentibus ad caduca: de honeſtis ad turpia. Primo
egreſſu egredit̄ quis a deo: ſcdo a ꝓximo. tercio a ſeipſo
A deo p ſupbiam. A ꝓximo p auariciā. A ſeipſo p luxu-
riam. Primus eſt hereticoꝝ. Scds cupidoꝝ. Terci⁹
voluptuoſoꝝ. de primo dicit̄ in Cant.j. Si ignoꝛas te o
pulchꝛa inter mulieres egredere ⁊ abi poſt veſtigia gre-
gum. ⁊ paſce hedos tuos iuxta tabernacula paſtoꝛum.i.
ſubditos tuos erroneos iuxta dogmata hereticoꝝ. Se-
cūdo egreſſu egreſſus eſt iudas Joh.xiij. Qui cupidita-
te duct⁹ abijt ⁊ vēdidit dñm ſuū. Tercio egreſſu egreſſa ē
dina Geñ.xxxiiij. Que inuenta coꝛrupta eſt a ſichen filio
emoꝛ. Hic egreſſus ducit in babylonē in regionē diſſimi-
litudinis. vbi nō poſſunt hymni dauitici decantari: ſicut
ſcriptū eſt. Quō cantabimus canticū dñi in terra aliena.
Uos igit̄ filie ſyon ꝗ vultis hymnos ſiue pſalmos decan
tare: querite alium egreſſum qui ducit in hirlm vbi decet
hymnos dauiticos decātari. Hic eſt egreſſus bonus qui
tripartitus eſt: ſicut ⁊ malus. Primus eſt egreſſus de car
ne ad ſpm̄. Scds de natura ad ea ꝗ ſunt ſupꝛa naturam
Tercius de mūdo ad celū. de carne ad ſpm̄ fit egreſſus
p coꝛdis cōtritionē. de natura ad ea ꝗ ſunt ſupꝛa naturā
p diuine legis meditationē. de mūdo ad celum: p coꝛdis
⁊ anime diſſolutionem ſeu etiā p cōtemplationē. In pri
mo egreſſu eſt doloꝛ ⁊ laboꝛ. In ſcdo decoꝛ ⁊ ſapoꝛ. In
tercio gloꝛia ⁊ honoꝛ. In primo reducimur de inuio ad
viam: de tenebꝛis ad lucē. In ſcdo deducimur de virtu-
te in virtutem: de manſione in māſionem. In tercio edu
cimur de laboꝛe ad requiē. de exilio ad patriā In pmo ſi
ꝗdē egreſſu egredimur de egypto. In ſcdo ꝓgredimur
p deſertū. In tercō egredimur de deſto ⁊ igredimur trā
ꝓmiſſionis. Hec em̄ eſt triplex dieta de qua dicit Moy-
ſes Exo.v. Deus hebꝛeoꝝ vocauit nos vt eamus viam
triū dierū in ſolitudinē. Primus egreſſus ⁊ prima die
ta ducit ad ſtatum pnie. Scds egreſſus ⁊ ſcda dieta du-
cit in ſtatum iuſticie. Tercius egreſſus ⁊ tercia dieta du-
cit ad ſtatum gloꝛie: vel ad minus cōtemplatiōis diuine
Primus eſt ſtatus incipientiū: ſcds ꝓficientiū. tercius p
fectoꝝ ſeu puenientium. In hoc triplici ſtatu decātant̄
pſalmi dauitici vtiliter ⁊ decenter: primā quinquagenaꝫ
decantāt incipiētes in primo ſtatu. Scdam cantant ꝓfi-
cientes in ſcdo ſtatu. Terciā cantāt pfecti ſeu puenietes
in tercio ſtatu. Unde prima quinquagena terminatur in
pſalmo pnie. ſ. Miſerere mei deus. cuius verſus vltim⁹
in iuſticiā terminat̄: vnde dicit. Tunc acceptabis ſacrifi
cium iuſticie. Diximus ſiquidē ꝙ ſtatum pnie ſequit̄ ſta-
tus iuſticie. incipit aūt a beatitudine q2 beatitudo finis ē
pnie: mediū iuſticia. Scda quinquagena terminat̄ in ps.
pnie ⁊ rigoꝛis. ſ. miſericoꝛdiā ⁊ iudiciū p ꝗ delet̄ oīs ini-
quitas. ſicut dicit̄ Prouer.xvj. Miſcdia ⁊ veritate redi-
mit̄ iniquitas. Unde ⁊ vltimus verſus ſcde quinquage-
ne dicit: in matutino interficiebā oēs pctōꝛes terre vt diſ
pderem de ciuitate dñi oēs opantes iniquitateꝫ. Tercia
quinquagena terminat̄ in laudem ſpūalē: vnde dicit om
nis ſpūs laudet dñm qꝺ cōmune eſt puenientibus ⁊ pfe
ctis. Sic ergo prima quinquagena inchoat. Scda ꝓmo-
uet. Tercia cōſummat. Prima ponit fundamētū. Scda
erigit parietes. Tercia ſupponit tectū: ⁊ ſic cōſummatur
edificiū ſpūale. In primo egreſſu ⁊ in prima dieta querit̄
rex ſalomon.i. xp̄s. In ſcdo rogat̄ vt dixim⁹. Sed in ter
cio videt̄ ⁊ tenet̄: igit̄ egredimini filie ſyon primo: ⁊ ſcdo
⁊ tercio egreſſu. ⁊ videte regem ſalomonē in dyademate
ſuo: ſicut ꝓmiſit Iſa.xxxiij. Regē in decoꝛe ſuo videbūt.
Uidet̄ aūt ſalomon in mūdo. videbit̄ in iudicio. videbit̄
⁊ in regno. Prima viſio ē miſcdie: ſcda iuſticie. tercia glo
rie. Unde beatus Berñ. dicit. Jeſus xp̄s in exilio viſus
eſt paruus ⁊ amabilis: in iudicio magnus ⁊ terribilis: in
regno videbit̄ magnus ⁊ laudabilis: in qualibet viſione
ipſe eſt dauid. In prima ſiquidē fuit Dauid.i. manu foꝛ
tis: q2 tunc debellauit aereas ptātes in vltima erit dauid
id eſt vultu deſiderabilis: q2 ipſe eſt in quē angeli deſide
rant ꝓſpicere vt dicit̄.j. Pet.j. in media erit vtrunq̄.i.
manu foꝛtis ⁊ aſpectu deſiderabilis: manu foꝛtis ad re-
pꝛobos vultu deſiderabilis ad electos. Iſtis ſiquidē ter
ribiliter intonās dicet. Ite maledicti in ignem eternū. Il
lis ſuauiter loquēs dicet. Uenite bñdicti patris mei pci-
pite regnū. Egredimini ergo filie ſyon primo egreſſu ⁊ vi
dete regem dauid in mūdo paruū amabilē ⁊ amate. In
prima ꝗnquagena. Egredimini ſcdo ⁊ videte regē dauid
in iudicio iratū ⁊ terribilem ⁊ timete ⁊ hoc in ſcda quinq̄
gena. Egredimini ⁊ tercio ⁊ videte regem i regno magnū
⁊ laudabilem ⁊ in tercia quinquagena. De primo viſu di
cit Baruch.iij. In terris viſus eſt. De ſcdo Zach.xij. Aſ
piciēt ad me quē tranſfixerūt. In tercio in ps. Edificabit
dñs ſyon ⁊ videbit̄ in gloꝛia ſua. Primo quidē viſus eſt
in dyademate quo coꝛonauit eum mater ſua.i. beata ma
ria in conceptiōe coꝛona carnea coꝛonauit: ⁊ nouerca in
paſſione coꝛonauit coꝛona ſpinea: videlꝫ ſynagoga et pꝛ
in reſurrectōe coꝛona gloꝛie. Dies aūt prime coꝛonatōis
dicit̄ dies deſpōſationis ⁊ leticie. q2 in eo tam glorioſe nu
pſit humana natura ꝙ glorioſius nubere nō potuit: ſiqui
dem verbū caro factuꝫ eſt ⁊ habitauit in nobis: ⁊ Heſter
facta eſt regina: ꝓpter qꝺ dicit dauid. Deus cāticū nouū
cātabo tibi i pſalterio decacoꝛdo pſallā tibi. Canticū no
uum dī: q2 de re noua.i. de verbi incarnatōe: de incarnati
verbi natiuitate: de nati verbi mundana cōuerſatiōe: de
eiuſdē paſſione: de eiuſdē ſepultura: de eiuſdē deſcēſu ad
inferos ⁊ captiuoꝝ liberatōe: de illius reſurrectiōe: de
eiuſdē aſcenſione: de ſancti ſpūs miſſione: ⁊ de eiuſdē ad
uētu ad iudiciū ꝗ ſunt decem choꝛde: de quibus agit da-
uid in hoc libꝛo: ꝓpter qꝺ dī pſalteriū decacoꝛdū ⁊ etiam
q2 in eo tradit̄ doctrina decē pceptoꝛum quoꝝ intelligē
tia ⁊ opatio ſuauem faciūt melodiā. ſicut dicit̄ Eccli.xl.
Tybie ⁊ pſalteriū ſuauem melodiaꝫ ⁊ ſup vtraq̄ lingua
ſuauis. Ex iam dictis patet quis ſit auctoꝛ huius libꝛi ſcꝫ
dauid manu foꝛtis ⁊ aſpectu deſiderabilis: ſm ꝙ inuita-
mur ad ſtudium lectōis ſil' ⁊ opatōnis. Materia libꝛi eſt
xp̄s integer.i. caput ⁊ membꝛa: ſpōſus ⁊ ſponſa: xp̄s ⁊ ec

a

A Speculatio i trib⁹ cōſiſtit.

B Egreſſus duplex bonus ⁊ malus

C Triplex dieta.

D Xp̄s quō viſus ē in pñti vita ⁊ videbitur in iudicō ⁊ in gloꝛia

E Coꝛonat⁹ eſt xp̄s tripliciē

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cleſia cū ſuis cōditionib⁹ ſiue ꝓprietatib⁹. Intentio ꝓphete eſt in adam deformatos: oſtēdere reformatos in xp̄o ꝑ fidē decē priorū chordarū ⁊ ꝑ operationē poſteriorū. Modus agendi talis eſt paucus eſt in vbis: multus in ſententia: qn̄qꝫ loquēs de capite ꝑ ſe: ⁊ hoc tribus modis. modo ſm̄ diuinitatē. mō ſm̄ hūanitatē. mō ſm̄ trāſumptionē attribuēs capiti qđ eſt membrorū. qn̄qꝫ loquit̄ de mēbris ꝑ ſe. nūc de apl̄is: nūc de martyribus: nūc de cōfeſſorib⁹: nūc de virginibus: nūc de anachoritis: nūc de p̄latis: nūc de cōtinētibus: nūc de cōiugatis: nūc de bonis: nūc de malis: qn̄qꝫ loquit̄ ſimul de capite ⁊ de mēbris. Partitus eſt liber

F
Liber pſalmorū qualiter diuiditur in tres partes vel quiquagenas ſcđm triplicē ſtatū hominū

iſte in tres ptes. i. in tres quiquagenas ſm̄ triplicē ſtatum hominū: oīne eñ genus hoīm hic paſcit̄ ⁊ docet̄. In prima quiuquagena paſcunt̄ incipiētes pane ordeaceo. In ſecūda proficiētes pane triticeo. In tertia pfecti ſiue puenētes pane ſimilagineo. Primus panis eſt iumentorū: ſecūdus hominū: tertius angelorū. Diuidit̄ etiaꝫ in quinqꝫ diſtinctiōes: ſed tñ vnus eſt liber ꝓpter finis ⁊ intentionis ⁊ materie vnitatē. Vñ Auguſti. in triplicato aūt quinquagenario triplicis peccati remiſſio. i. cordis oris ⁊ operis: ⁊ ipſa trinitatis vnitas deſignat̄ q̄ totū hoc opat̄. Sunt aūt verſus bis mille ducenti ſex: in quo nūero triplex pfectio demonſtrat̄. Prima eſt ſenarij q̄ ptinet ad penitētes. Secūda centenarij q̄ ptinet ad proficientes. Tertia eſt millenarij q̄ ptinet ad puenietes: binari⁹ geminā ſignificat charitatē q̄ totū informat. vnde dr̄ in verſu.

Verſus.

Tres qnquagenos cātat dauid ordine pſalmos. Verſus bis mille bis cētum ſex canit ille. Ut ſis pfectus gemino formatus amore: incipiēdo: progrediendo: puemendo. Titulus talis eſt

Titulus libri.

Incipit liber hymnorū ſiue pſalmoꝝ ſiue ſoliloquioꝝ: cuius cōpoſitionē ⁊ rationē diximus in ꝓhemio. Vñ notandū ꝙ ſicut in tabernaculo moyſi duplex fuit tētoriū. Unū in introitu atrij: ꝑ quē erat ingreſſus ad tabernaculū. Aliud in introitu tabernaculi ꝑ quem erat ingreſſus in tabernaculū ⁊ vtrunqꝫ q̄ttuor colorib⁹ textū vt dr̄ Exo. xxxviij. ita ad hūc modū compoſitor hui⁹ libri duplex fecit prohemiū quaſi duplicē ingreſſum: vnū ad librū: ⁊ aliū in librū: ⁊ vtrunqꝫ cōtinet in ſe quattuor q̄ſi quattuor colorib⁹ diſtinguat̄. Primū prohemiū qđ eſt ingreſſus ad librū cōtinet cauſam nois. i. quare liber iſte pſalteriū vel ſoliloquiū dicat̄ ⁊ rationē quantitatis. i. quare tot pſalmos. i. cl. cōtineat. ⁊ cauſam diſtinctōnis. i. quare in tres quiquagenas diſtinguat̄ ⁊ cauſam freq̄ntatiōis. i. quare plus ceteris ꝓphetijs ꝓphetia dauid in eccleſia frequentet̄. Et dr̄ prohemiū illud ingreſſus ad librū nō in librū. quia his cognitis parū de ſenſu ⁊ cōtinentia libri nobis aperit̄. Secundū ꝓhemiū quod eſt ingreſſus in librū ſimiliter continet quattuor. ſ. titulū materiā intentionē ⁊ modū agendi: ⁊ hic dicit̄ ingreſſus in librū: q2 his cognitis ea q̄ in libro ſunt aliquatenus eluceſcunt. Sed oritur queſtio cū Dauid dicat̄

G
Dauid q̄re nō cōputatur inter ꝓphetas apud hebreos.

⁊ ſit eximius ꝓphetarū quare apud hebreos nō inter prophetas ſed inter agiographa cōputet̄. hebrei ſiquidē bibliam diuidūt in tres partes. ſ. in legē: ꝓphetas: agiographa. Legē dicunt. v. libros moyſi. ꝓphetas. viij. ſ. Joſue. Judicū. Samuel. i. duos p̄mos regū. Malachiam. i. duos vltimos regū. Eſa. Hiere. Ezech. xij. ꝓphetas. Agiographa. ſ. Job. Paralyp. Pſalteriū. Eſdram. Heſter. tres libros ſalomonis. Dañ. oēs alios libros vocāt apocripha Thobiam Judith: Eccleſiaſticū: Sapientiaꝫ: Machabeos. Ad hoc ſciendū ꝙ ꝓpheta pluribus modis dicit̄. ſ. inſpiratiōe officio cōſuetudine. Propheta inſpiratione dicit̄ cui deus inſpirando reuelat ſecreta ſeu futura. ſic Dañ. ſic Dauid ſic Eſa. ⁊ Hiere. fuerūt prophete. Officio propheta eſt cui fit reuelatio futurorū ⁊ mittitur ad predicandū illa futura ſibi diuinitus reuelata. hoc modo non fuit Dauid aut Daniel ꝓpheta: quia neuter miſſus fuit ad p̄dicandū populo futura. Cōſuetudine ꝓpheta dicit̄ qui hꝫ vſum ⁊ cōſuetudinē: ſcđm ꝙ Amos excuſando ſe dicit. viij. ca. Nō ſum ꝓpheta. i. non habeo vſum ⁊ conſuetudinē p̄dicandi licꝫ haberet officiū ⁊ inſpirationē: q2 igit̄ Dauid ⁊ Dañ. non habuerūt officiū predicandi: ideo apud hebreos non ponuntur inter prophetas. His viſis quia triplex genus hominū hic reficiendum eſt: ⁊ ideo triplex panis neceſſarius eſt: vtamur conſilio ſaluatoris ⁊ eamus ad amicū ⁊ dicamus ei. Amice accomoda mihi tres panes quia amic⁹ meus venit de via ⁊ nō habeo qđ ponaꝫ ante ipſum. Lu. xj. quia certe ducentorū denariorū panes non ſufficerent his vt vnuſquiſqꝫ modicū quid accipiat Joh. vj. ſed ipſe qui in fractione panis cognitus eſt Lu. vlti. qui de quinqꝫ panibus ⁊ duobus piſcibus. i. lege ꝓphetia ⁊ pſalmis qnqꝫ milia hominū ſatiauit. Joh. vj. Frangat nobis panem iſtū dauiticum vt cognoſcatur a nobis ⁊ multiplicetur vt ſatiemur ab ip̄o: ⁊ ſic ſplendidū in panibus benedicent labia multorū vt dicit̄ Eccli. xxxj. i. ipſum dei filiū qui doctrinā. q. prophetiā effundit Eccli. xxiiij. Cui eſt omnis laus ⁊ gloria in ſecula ſeculorum Amen.

¶ Explicit prohemiū feliciter.

¶ Pſalmus primus feliciter incipit.

Ps. i. d. p̄mus.

BEatus vir qui nō abijt in conſilio impiorum: et in via peccatorum nō ſtetit: et in cathedra peſtilentie nō ſedit.

¶ Pſalmus iſte titulum nō habet: quia titulus eius non ponit̄ in prologo. ſ. libri ſoliloquiorum non eſt nec inuenitur in hebraica veritate. Pſalmus iſte titulus eſt huius libri: ⁊ ideo dicitur infra In capite libri ſcriptum eſt de me ⁊c̄. Intentio prophete eſt vt informet nos deo: hoc aūt fit per virtutes quarum finis eſt beatitudo: ideo a beatitudine incipiēs dicit (Beatus vir ⁊c̄) Beatitudo aūt conſiſtit in ſex. Primo in immunitate a peccato triplici. ſ. operis (qui non abijt) operando (in conſilio impiorū) cordis (⁊ in via peccatorū non ſtetit) oris (et in cathedra peſtilentie nō ſedit) Secundū eſt bona volūtas (ſed in lege domini volūtas eius) Tertiū eſt meditatio legis diuine (⁊ in lege eius meditabit̄) continue ſcꝫ (die ac nocte). Quartū eſt bona operatio (Et erit tanq̄ꝫ lignum quod plantatū eſt ſecus decurſus aquarum) ſed quia nihil valet opus ſine diſcretione. addit (quod fructū ſuū dabit in tempore ſuo) Quintū eſt bona locutio (⁊ foliū eius nō defluet) id eſt verbū nō deorſum fluet. Sextum eſt perſeuerantia (⁊ omia quecunqꝫ faciet ſemꝑ proſperabunt̄) per pſeuerantiam ⁊ profectū. Eſt autē beatitudo vie ⁊ patrie. vie ſiniſtre ⁊ dextere: ſiniſtre affluentia temporalium. pſal. Beatū dixerunt populū cui hec ſunt. Dextere. ſ. gratuita Math. v. Beati pauperes ſpū. Beatitudo patrie: vt Luc. xiiij. Beatus qui comederit panem in regno dei. Ad hanc ſcilicꝫ beatitudinem exigunt̄ decem que hic habent̄ in ordine.

A
Nō ſex q̄ faciūt hominē beatum.

B
Decē q̄ req̄rūtur ad btitudineꝫ cōſeq̄ndaꝫ

¶ Uitare pctm̄ futurū ibi: (q̄ nō abijt in cōſilio impiorū.
¶ Plāgere pctm̄ p̄teritū ibi (in via peccatorum nō ſtetit.
¶ Non publicare peccatū preſens: ibi (in cathedra peſtilentie nō ſedit.
¶ Uelle bonū ibi: (in lege dn̄i volūtas eius.
¶ Scire bonū ibi: (meditabit̄ die ac nocte.
¶ Poſſe ibi: (erit tanq̄ꝫ lig. qđ plā. eſt ſe. de. aqua.) gr̄e.
¶ Opere exequi ibi: (fructū ſuū dabit.
¶ Diſcretio ibi: (in tempore ſuo.
¶ Modeſtia verborū ibi: (foliū eius nō defluet.
¶ Patiētia ibi: (oia quecunqꝫ faciet ſemꝑ proſperabunt̄. quia per patientiam etiam aduerſa reputant̄ proſpera.

C
Nota ſtatus penitētiū proficiētium ⁊ pfectorū.

Item quia pſalmus iſte eſt titulus hui⁹ libri totius: ideo hic oſtendunt̄ tria de q̄bus agit̄ in hoc libro. ſcꝫ ſtatus penitentiū: ſtatus profitientiū: ſtatus perfectorum. Status penitentiū notatur ibi (Beatus vir ⁊c̄.) et quia dicit Gregorius. In penitentia duo ſunt neceſſaria. ſcꝫ cōmittēda relinquere: ⁊ commiſſa deflere. Penitentia eni vt ait Gregorius. eſt commiſſa flere: et flendo non amplius cōmit

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf